Competens[a] autem judex dicitur, sub cujus territorio (id est Juris-dictione) reus domicilium ht, in quo eum conveniri oportet. Namq ordo requirit, ut Actor forum rei sequatur,[b] vide jus Prag. A 4. dist. 4. Jus provinc. C. 21.

Excipiuntur quinq casus in quib. actor forum rei non sequitur.

I. rei Emphyteuseos, ubi n. reus domum, praedium, vel emphyteutica[c] bona habet, ibi quoq conveniri pt A 42. dist. 4. ad finem. & A. 47. B 3. Jus provinc. X 2. 3. 4. & seqq.

II. Ratione contractus, quia ubi quis contrahit,[d] ibidem et arrestari & conveniri pt, [illegible] L 19. & 26. Jus provinc. S 3.

III. Rei fuga. Nam si reus suum judicem fugit & divagatur, ubiq locorum convenitur. In quo casu locum hnt rescripta Imp. q vulgo literæ palantes[e] appellantur.

IV. Ratione delicti. Ubi n. delinquitur, ibi et punitur,[f] præcipue vero si forensis (id est extraneus) delinquit. N 43. Verum incola delinquens constitutioni Carolinæ subjacet. N. 39. N. 40. Jus provinc. A. 6. A. 7. K 34.

V. Rei consensus. Nam si reus in non suum judicem consenserit, & coram eo quoq conveniri potest.

a. De foro & judice competenti vide in Jure Can. toto tit. de foro compet. & in Jure civ. tit. ff. & C. de juris d. omn. jud.

b l. juris ordinem. ff. de juris d. omn. jud. & l. 2. ff. si quis in jus vocatus l. fin. C. de juris d. omn jud.

c c. cæterum. de judic. l. actor. C. ubi in rem. l. sed et si suscepit. § fin. ff. de judic. & l. si prædium. C. de præd. minor.

d. l. hæres absens. § si quis tutelam. ff. de judic.

e. Sine his debitor fugitivus et propria authoritate capi pt. l. generali. C. de decurionib.

f. l. fin. C. de noxal. act. quia noxa caput sequitur. l. sed alio Jure. ff. si ex noxal. cau. agat. & §§ Ois Inst. de noxal. act.

g l. 1. C. de juris d. omn jud.